UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 [i.e. 9] Quibus sit elæemosiny danda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶ *Super quaſt. trigeſimaſecunda articulum octauum.*

IN art.8.in reſponſione ad ſecũdum aduerte,ꝙ author dè uxore duo dicit. Primum,quòd ſi habet ex lucro proprio, ꝙ poteſt facere eleemoſynam. Secundum, quòd ſi nihil præter dotem habet,ꝙ non poteſt, quia eſt ſubdita uiro in diſpoſitione domus. Et primum quidem clarum eſt,quando abſque ſubtractione debiti officii in domo mulier lucratur. Secundum autem dubitationem habet, quoniam in octauo Ethi. Ariſtoteles uult regimen uiri & uxoris in domo eſſe ſecundum dignitatem, & non dominari uirum in omnibus.Et in ſecundo Oeconomicorũ, uult bonam mulierem omnibus, quæ intus ſunt,dominari. Si ergo mulier non ſolum reſpectu actus matrimonii,ſed reginimis domeſtici aſſumitur in ſociã ſecundum dignitatem ſuam ſcilicet quò ad ea, quæ intus ſunt diſponenda,conſequẽs eſt, ut iuxta diſpenſationem ſibi conuenientem poſſit eleemoſynas facere.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia dare eleemoſynas non ſpectat ad regimen domus, ſicut emere, & commutare quę domi ſunt pro illius commodis,ſed eſt libera alienatio rerum pro extraneorum ſubleuatione : ideo licet uxori conueniat ſecũdum rectam rationem regimen eorum, quæ intus ſunt in domo,non tamen propterea conuenit ei eleemoſynarũ largitio:ſed hoc ſpectat ad dominum rerum, quæ dantur in eleemoſynam, & propterea ſpectant ad uirum, ut caput, & monarcham in domo.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ille, qui eſt in poteſtate alicuius conſtitutus, poſſit eleemoſynam facere.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ille, qui eſt in poteſtate alterius conſtitutus, poſſit eleemoſyam facere. Religioſi.n.ſunt in poteſtate ſuorum prælatorum, quibus obedientiã uouerunt: ſed ſi eis non liceret eleemoſynam facere, damnum reportarent ex ſtatu religionis, qa ſicut* Ambr.dicit. Summa chri- B
ſtianæ religionis in pietate conſiſtit,quę maximè per eleemoſynarum largitionem commendatur. ergo illi,qui ſunt in poteſtate alterius conſtituti,poſſunt eleemoſynam facere.

¶ 2 Præte. Vxor eſt ſub poteſtate viri, ut dicitur Geneſ.3. ſed uxor põt eleemoſynam facere, cùm aſſumat in uiri ſocietatem. Vnde & de beata Lucia dr̃,ꝙ ignorãte ſpõſo,eleemoſynas faciebat.ergo per hoc ꝙ aliquis eſt in poteſtate al- C
terius conſtitutus, nõ impeditur quin poſſit eleemoſynas facere.

¶ 3 Pręt. Naturalis quędam ſubiectio eſt filiorum ad parentes.vnde Apoſt.ad Epheſ.6. dicit.Filii obedite parentibus ueſtris in Domino: ſed filij,ut ur̃, poſſunt de rebus patris eleemoſynas facere, quia ſunt quodammodo ipſorũ, cùm ſint hæredes: & ideo cùm poſſint eis uti ad uſum corporis, multò magis uidetur, ꝙ poſſint eis uti,eleemoſynas dando, ad remedium animæ ſuæ.ergo illi,qui D
ſunt in poteſtate conſtituti, poſſunt eleemoſynas dare.

¶ 4 Pręt.Serui ſunt ſub poteſtate dominorũ, ſ'm illud ad Titum 2. Seruos dñis ſuis ſubditos eſſe. Licet aũt eis aliquid in utilitatẽ dñi facere,quod maximè fit,ſi pro eis eleemoſynas largiantur. ergo illi qui ſunt in poteſtate conſtituti, poſſunt eleemoſynas facere.

SED CONTRA eſt,quod eleemoſynę non ſunt faciendæ de alieno,ſed de iuſtis laboribus pro- E
prijs unuſquiſq; eleemoſynam facere debet,ut* Augu.dicit,in lib. de uerbis Domini: ſed ſi ſubiecti aliis eleemoſynam facerent, hoc eſſet de alieno. ergo illi, qui ſunt ſub poteſtate conſtituti aliorum, non poſſunt eleemoſynã facere.

RESPON. Dicendum, ꝙ ille, qui eſt ſub ptãte alterius conſtitutus,inquantum hmõi, ſecũdũ ſuperioris poteſtatẽ regulari dẽt. Hic eſt.n.ordo naturalis,ut inferiora ſecũdũ ſupiora regulẽtur.Et iõ oportet,quòd ea,in qbus inferior ſupiori ſubiicitur,diſpẽſet nõ aliter, q̃ ei ſit a ſupiore cõmiſſũ. Sic ergo ille,
A qui eſt ſub poteſtate conſtitutus, de re, ſecundum quam ſuperiori ſubiicitur,eleemoſynam facere non debet, niſi quatenus ei a ſuperiore fuerit commiſſũ. Si quis uerò habeat aliquid,ſecundum quod poteſtati ſuperioris non ſubſit, iam ſecundum hoc non eſt poteſtati ſubiectus, quantum ad hoc proprii iuris exiſtens,& de hoc poteſt eleemoſynam facere.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ monachus ſi habet diſpẽſationẽ a prelato cõmiſſam, põt eleemoſynas facere de rebus monaſterii, ſ'm ꝙ ſibi eſt cõmiſſum. Si uerò non hẽt diſpẽſationem,quia nihil proprium hẽt,tunc non poteſt facere eleemoſynam ſine licentia abbatis uel expreſſe habita,uel probabiliter præſumpta,niſi forte in articulo extremæ neceſſi- B
tatis,in quo licitum eſſet ei furari, ut eleemoſynã daret. Nec propter hoc efficitur peioris conditionis, quia ſicut dr̃ in li.de* eccle.dogma. Bonũ eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare: ſed melius eſt pro intẽtione ſequẽdi Dominũ inſimul oĩa donare,& abſolutũ ſolicitudine, egere cũ Chriſto. Ca.71.habetur inter opera Auguſ. tom.3.

AD SECVNDVM dicendum,ꝙ ſi uxor hẽt alias res pręter dotem, quæ ordinatur ad ſuſtẽtandũ onera matrimonii uel ex proprio lucro,uel quocumq; alio licito modo,poteſt dare eleemoſynas ẽt irreqſito aſſenſu uiri,moderatas tamẽ, ne ex earum ſuperfluitate uir depauperetur. Alias autem nõ debet dare eleemoſynas ſine conſenſu uiri uel expreſſo, uel præſumpto,niſi in articulo neceſſitatis,ſicut de mo- In iſto ar. ad 1.argum.
C nacho* dictum eſt. Quamuis.n. mulier ſit æqualis uiro in actu matrimonii,tamen in his quæ ad diſpoſitionem domus pertinent,uir caput eſt mulieris, ſecundum Apoſt.1. ad Corin.11. Beata autem Lucia ſponſum habebat,non uirum:unde de cõſenſu matris poterat eleemoſynam facere.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ea quæ ſunt filiifamilias,ſunt & patris: & ideo non põt eleemoſynã facere, niſi forte aliquam modicam, de qua poteſt præſumere,ꝙ patri placeat, niſi forte alicuius rei eſſet ſibi a patre diſpenſatio commiſſa: & idem dicendum eſt de ſeruis. Vnde patet ſolutio ad 4.

ARTICVLVS IX.

D *Vtrum ſit magis propinquioribus eleemoſyna danda.*

AD NONVM ſic proceditur. Videtur,ꝙ nõ ſit magis ꝓpinquioribus eleemoſyna facienda. Dr̃.n.Eccl.12.Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorẽ:benefac humili,& nõ des impio:ſed qñq; cõtingit ꝙ noſtri propinqui ſunt peccatores & impii: ergo nõ ſunt eis magis eleemoſynę faciendę.

¶ 2 Præt. Eleemoſynæ ſunt faciẽ- E
dæ propter retributionem mercedis æternę,ſecundum illud Matt. 6.Et pater tuus qui uidet in abſcõdito,reddet tibi:ſed retributio æterna maxime acquiritur ex eleemoſynis, quæ ſanctis erogantur, ſecundum illud Luc.16.Facite uobis amicos de mammona iniquitatis,ut cùm defeceritis,recipiant uos in æterna tabernacula: quod exponẽs* Augu.in lib.de uerbis Domini dicit. Qui ſunt qui habebũt æterna habitacula, niſi ſancti Dei,& qui ſunt,qui ab eis recipiẽ-

¶ *Super quaſt. trigeſimaſecunda articulũ nonum.*

IN ar. 9. in calce reſponſionis ad ultimum,dubium occurrit ab obiicientibus contra hoc,ꝙ diſtributor eleemoſynarũ poſſit pro ſe,ſi indigeat,eo tenore quo pro aliis,diſpenſare, ex eo quòd in iure ciuili dicitur. Quòd ſi dedero tibi centum, ut cui uolueris dares,ſi conſumpſeris, mandati teneris. Ex hoc enim apparet,ꝙ oportet ipſum dare alteri, ut mandatum expleat. 4. diſt. 15.q. 2.art.6. q.3. Et Rom. 12. lect. 2. ſi. Et 1. cor.16.

¶ Ad hoc dicitur, quod uerba illa ſunt intelligenda formaliter,ſi ſcilicet ipſe diſtributor non ut diſtributor conſtitutus a principali, applicaret ſibiipſi pauperi,ut alteri, ſed abſolute conſumpſiſſet.Si enim, ut diſtri- Ser.35. circa prin. to.10.

butor, paupertatis propriç intuitu fecit, iam mandatum impleuit, dando cui uoluit ratione duce, quæ ipſum non deterioris conditionis eſſe dictat ex hoc, ꝙ eſt diſtributor, quàm ſi non eſſet. Stat ergo ſolida literæ doctrina, quòd diſtributor libere inſtitutus poteſt ſeipſum iter pauperes computare, ſi eſt, & abſque fraude tãtum ſibi diſtribuit, ſicut ſibi ſimilibus di-
Lib. 1. c.28. tom.2.
ſtribuit. Debet enim ſe, ut extraneum cõputare, & in perſona donantis diſtribuere.

la, niſi qui eorum indigentiæ ſeruiũt: ergo magis ſũt eleemoſynæ dãdç ſanctiorib⁹, q̃ ꝓpinquiorib.

¶ 3 Præ. Maximè homo eſt ſibi ꝓpinquus: ſed ſibi non poteſt hõ eleemoſynã facere. ergo uidetur ꝙ nõ ſit magis faciẽda eleemoſyna perſonæ magis coniunctæ.

Sed contra eſt, qđ Apoſt. dicit 1. ad Tim. 5. Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

Respon. Dicendum, quòd ſicut* Au. dicit in 1. de doct. chri. Illi qui ſunt nobis magis cõiũcti, quaſi quadã ſorte nobis obueĩũt, ut eis magis prouidere debeam⁹. Eſt tamen circa hoc diſcretionis rõ adhibenda ſecundum differẽtiam coniunctionis, & ſanctitatis, & utilitatis. Nam multo ſanctiori magis indigentiam patienti, & magis utili ad commune bonum, eſt magis eleemoſyna dãda, quam perſonç propinquiori, maximè ſi nõ ſit multum coniuncta, cuius cura ſpecialis nobis immineat, etſi magnam neceſſitatem non patitur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ peccatori nõ eſt ſubueniendum, inquantum eſt peccator. i. ut per hoc in peccato foueatur, ſed inquantum homo eſt, id eſt, ut natura ſuſtentetur.

Ad secvndvm dicendum, quòd opus eleemoſynæ ad mercedem retributionis æternæ dupliciter ualet. Vno quidem modo ex radice charitatis, & ſecundum hoc eleemoſyna eſt meritoria, prout in ea ſeruatur ordo chariratis, ſecũdum quam propinquioribus magis prouidere debemus, cæteris paribus. Vnde* Amb. dicit in 1. de Officijs. Eſt illa pro-
Lib. 1. c.30. circa mediũ tom.1.
banda liberalitas, ut proximos ſanguinis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius eſt enĩ ut ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere. Alio modo valet eleemoſyna ad retributionẽ uitæ æternæ ex merito eius, cui donatur, qui orat pro eo, qui eleemoſynam dedit: & ſecundum hoc loquitur ibi Auguſtinus.

Ad tertivm dicendum, quòd cùm eleemoſyna ſit opus miſericordiæ, ſicut miſericordia non eſt propriè ad ſeipſum, ſed per quandam ſimilitudinem, ut ſupra* dictum eſt: ita & propriè loquendo,
q. 30. art. 1. ad 2.
nullus ſibi eleemoſynam facit, niſi forte ex perſona alterius, puta cùm aliquis diſtributor ponitur eleemoſynarum, poteſt & ipſe ſibi accipere, ſi indigeat, eo tenore, quo alijs miniſtrat.

¶ *Super quaeſt. trigeſimaſecunda articulum decimum.*

In ar. 10. dubium occurrit circa illud ſcilicet, quod dare eleemoſynam alicui, ut ſuperabundet ad ſuperfluitatẽ, non eſt laudabile, ſed melius eſt plurib. egentibus elargiri, an dare ſic abundanter, ſit peccatum. Litera. n. dicit, quod nõ eſt laudabile, & tamen ſubiungit: ſed melius eſt in quibus uerbis uidetur cõtradictio, q a
Inf. q. 117. ar. 1. ad 2. & 2 Cor. 8. c. 9.
* Lib. 1. c. 30. circa mediũ tom. 1.
† Lib. 1. c 30. circa mediũ tom. 1.

Articvlvs X.

Vtrum eleemoſyna ſit abundanter facienda.

Ad decimvm ſic procedit. Videtur, quòd eleemoſyna non ſit abundanter facienda. Eleemoſyna. n. maximè dẽt fieri cõiũctioribus: ſed illis non dẽt ſic dari, ut ditiores inde fieri valeant, ſicut* Amb. dicit in 1. de Offi. ergo nec alijs dẽt abundanter dari.

¶ 2 Præt. † Amb. dicit ibidẽ. Nõ dẽnt ſimul effundi opes, ſed diſpẽſari: ſed abundantia eleemoſyna-
F rum ad effuſionem pertinet. ergo eleemoſyna non debet fieri abundanter.

¶ 3 Præt. 2. ad Corinth. 8. dicit Apoſtolus. Non ut aliis ſit remiſſio. i. ut alij de noſtris otioſe uiuant, nobis aũt ſit tribulatio. i. paupertas: ſed hoc cõtingeret, ſi eleemoſyna daret abũdater. ergo nõ eſt abundãter eleemoſyna largiẽda.

Sed contra eſt, quod dicitur Tob. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue.

Respon. Dicẽdum, quòd abũ
G dantia eleemoſynæ poteſt conſiderari & ex parte dantis, & ex parte recipientis. Ex parte quidẽ dantis, cũ ſ. aliquis dat quod eſt multum ſecundum proportionẽ propriæ facultatis, & ſic laudabile eſt abundater dare. Vnde & Dominus Lu. 21. laudauit uiduam, quæ ex eo quod deerat illi, omnem uictum, quem habuit, miſit, obſeruatis tamẽ his, quæ ſupra dicta ſunt de eleemoſyna facienda de neceſſariis. Ex parte uerò eius, cui datur, eſt abundans eleemoſyna
H dupliciter. Vno modo, quòd ſuppleat ſufficienter eius indigentiã: & ſic laudabile eſt abundanter eleemoſynam tribuere. Alio modo, ut ſuperabundet ad ſuperfluitatem: & hoc non eſt laudabile, ſed melius eſt pluribus indigentibus elargiri. Vnde & Apoſ. dicit 1. ad Corint. 13. Si diſtribuero in cibos pauperum. Vbi* gl. dicit, Per hoc cautela eleemoſynæ docetur, ut non uni, ſed multis detur, ut pluribus proſit.

Ad primvm ergo dicẽdũ, quòd ratio illa procedit de abun-
I dantia ſuperexcedente neceſſitatem recipientis eleemoſynam.

Ad secvndvm dicendũ, ꝙ authoritas illa loquitur de abũdantia eleemoſynæ ex parte dantis: ſed intelligendum eſt, quòd Deus non uult ſimul effundi omnes ope[illegible] tatione ſtatus. unde ſubdit* ibidem. Nũ[illegible] ſæus boues ſuos occidit, & pauit paupe[illegible] habuit, ut nulla cura domeſtica teneretur.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ authoritas in[illegible] tũ ad hoc quod dicit, Nõ ut aliis ſit remiſſio[illegible] gerium: loquitur de abũdantia eleemoſ[illegible] perexcedit neceſſitatem recipientis: cu[illegible]
K eleemoſyna ut inde luxurietur, ſed ut [illegible] tur. Circa quod tñ eſt diſcretio adhibend[illegible] ſas condõnes hoĩum. quorũ quidã delica[illegible] triti ĩdigẽt magis delicatis cibis, aut ue[illegible] br. dicit in lib. de Off. Cõſideranda eſt in [illegible] tas atq; debilitas, nõnumq̃ ẽt uerecũdia [illegible] ꝓdit natales, aut ſi quis ex diuitiis in e[illegible] dit ſine uitio ſuo. Quãtũ uerò ad id, qu[illegible] Nobis aũt tribulatio, loquitur de abũda[illegible] dantis. Sed ſicut * gl. ibidem dicit, Nõ ho[illegible] quin melius eſſet. ſ. abũdãter dare, ſed de[illegible] met, quos ſic dare monet, ut egeſtatem [illegible]